

Anhang 1

Liturgische Texte

1.1 Beneventanischer Text des *Exultet* (*Vetus Italia*)

Prolog

Exultet iam angelica turba coelorum, exultent divina mysteria, et pro tanti Regis victoria, tuba intonet salutaris. Gaudeat se tantis tellus inradiata fulgoribus, et aeterni Regis splendore lustrata, totius orbis se sentiat amisisse caliginem. Laetetur et mater Ecclesia, tanti luminis adornata fulgore, et magnis populorum vocibus haec aula resultet. Quapropter adstantibus vobis, fratres carissimi, ad tam miram sancti huius luminis claritatem, una mecum, quaeso, Dei omnipotentis misericordiam invocate. Ut qui me non meis meritis, in levitarum numerum dignatus est adgregare, luminis sui gratiam infundens, Cerei huius laudem implere praecipiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, viventem(?) secum atque regnantem in unitate Spiritus Sancti, Deum.

Per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda. R. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro. R. Dignum et iustum est.

Präfation

Vere quia dignum et iustum est ... per Christum Dominum nostrum. Qui nos ad noctem istam, non tenebrarum, sed luminis matrem, perducere dignatus est, in qua exorta est ab inferis in aeterna die resurrectio mortuorum. Solutis quippe nexibus, et calcato mortis aculeo, resurrexit a mortuis qui fuerat inter mortuos liber. Unde et nox ipsa, sidereo pro ecclesiarum ornati, cereorum splendore tanquam dies illuminata collucet, quia in eius matutino, resurgente Christo, mors occidit redemptorum et emersit vita credentium. Vere tu pretiosus es opifex, formator es omnium, cui qualitas in agendi non fuit officio, sed in sermonis imperio: qui ornatum habitum mundo, nec ad amplia dum quasi inops potentiae, nec ad ditandum quasi egenus gloriae condidisti. Totus ac plenus in te es; qui dum per virginea viscera mundo illaberis, virginitatem etiam creature commendas. Apes siquidem dum ore concipiunt, ore parturiunt; casto corpore, non foedo desiderio copulantur; denique virginitatem servantes, posteritatem generant, sobole gaudent; matres

dicuntur, intactae perdurant; filios generant, et viros non norunt. Flore utuntur coniuge, flore funguntur genere, flore domos instruunt, flore divitias convehunt, flore ceram conficiunt. O admirande apium fervor! Ad commune opus pacifica turba concurrunt, et operantibus plurimis, una augetur substantia. O invisibile artificium!

Primo culmina pro fundamentis aedificant, et tam ponderosam mellis sarcinam pendentibus domiciliis imponere non verentur. O virginitatis insignia, quae non possessori damna, sed sibi lucra convectant: auferunt quidem praedam, et cum praeda minime tollunt peccatum. Spoliant quidem florum cutem, et morsuum non annotant cicatricem. Sed inter haec quae credimus, huius cerei gratiam praedicemus. Cuius odor suavis est, et flamma hilaris, non tetro odore arvina desudat, sed iucundissima suavitate; qui peregrinis non inficitur pigmentis, sed illuminatur Spiritu Sancto. Qui ut accensus proprias corporis compages depascit, ita coagulatas lacrimas, in rivulos infundit guttarum. Quique semiusta membra ambroseo sanguine flavea vena distollit, habitum bibit ignis humorem. In huius autem cerei luminis corpore, te Omnipotens postulamus, ut supernae benedictionis munus accomodes. Et si quis hunc sumpserit adversus flabra ventorum, adversus spiritus procellarum, sit ei Domine singulare perfugium, sit murus ab hoste fidelibus. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditatem tuam et, redeuntes ad festivitatem Paschae, per haec visibilibus et invisibilibus tuis iniantes, dum presentium usufruuntur, futurorum desideria accendantur, una cum beatissimo papa nostro illo et antistite nostro illo, sed et omnibus presbiteris, diaconibus, subdiaconibus cunctoque clero vel plebe; memorare, Domine, famulorum tuorum imperatorum nostrorum illius et illis et cunctum exercitum eorum et omnium circumadstantium.

R. Amen

Zitiert nach der Transkription von HESBERT, Antiphonale, S. 185–187 (nach dem Missale antiquum VI. 33 aus Benevent, den Fragmenten von Farfa und Vat. lat. 10673). Vgl. auch CAVALLIO, OROFINO u. PECERE, Exultet, S. 485 f.

Deutsche Übersetzung der Präfation

Wahrhaft und würdig und recht ist es, ... durch Christus unseren Herrn.

Der uns in Gnaden zu dieser Nacht geführt hat, zur Mutter nicht der Finsternis, sondern des Lichts; zu dieser Nacht, in der die Auferstehung der Toten von dem Reich des Todes in den immerwährenden Tag erstanden ist.

Als nämlich die Fesseln des Todes gelöst waren und sein Stachel niedergetreten war, stand der von den Toten auf, der unter allen Toten ohne Banden geblieben war. Erhellte durch den Kerzenglanz der Kirchen statt durch den Schmuck der Sterne, erstrahlte daher diese Nacht wie der helle Tag: Denn in der Morgenfrühe dieser Nacht, als Christus (von den Toten) auferstand, ging für die Erlösten der Tod zugrunde und stieg das Leben der Glaubenden empor.

Wahrhaft, du bist der prächtige Baumeister, du bist der Bildner aller Dinge; Du hast nicht durch die Mühsal der Tat, sondern durch die Macht deines Wortes alles geschaffen. Du hast das wundervolle Prachtgewand für die Welt gewirkt, weder um deine Macht zu vermehren, weil machtlos, noch um an Ruhm reicher zu werden, weil des

Ruhmes bedürftig: voll und ganz ruhest du in dir. Du, der du einst durch den Schoß der Jungfrau in diese Welt kamst, übereignest die Jungfräulichkeit auch deinem Geschöpf. Insofern nämlich die Bienen mit dem Munde empfangen, gebären sie auch mit dem Mund; mit keuschem Körper, nicht mit fleischlichem Verlangen vereinigen sie sich. Ihre Jungfräulichkeit bewahrend, bringen sie dennoch Nachkommen hervor und erfreuen sich an ihrer Brut. Mütter werden sie genannt, obwohl sie unberührt bleiben; Nachkommen bringen sie hervor und erkennen doch keinen Mann. Die Blüte haben sie zum Gatten, von der Blüte stammen sie ab; von der Blüte bauen sie ihre Häuser, von der Blüte sammeln sie ihren Reichtum, von der Blüte bilden sie Wachs. O wunderbarer Eifer der Bienen! Zum gemeinsamen Werk eilt von allen Seiten der friedliche Schwarm herbei und, da sehr viele arbeiten, wird vermehrt das gemeinsame Gut. O nicht zu durchschauende Kunstfertigkeit! Zuerst bauen sie das Dach als Fundament ihrer Häuser und scheuen sich nicht, so schwere Honiglast in die frei hängenden Bienenstöcke einzutragen. O Symbole der Jungfräulichkeit! Ihr bringt dem Besitzer nicht Schaden, sondern Gewinn: Wohl tragen die Bienen Beute weg, aber mit der Beute laden sie keineswegs die Schuld auf sich; wohl berauben sie die Blätter der Blüten, aber die Blüten bemerken die Bißstellen nicht.

Aber nun wollen wir unter dem, was wir aufgezählt haben, die Schönheit dieser Kerze verkünden: Ihr Duft ist lieblich und ihre Flamme heiter; nicht schmilzt ihr Wachs mit häßlichem Geruch, sondern mit angenehmster Süße. Sie wird nicht mit fremden Farbstoffen getränkt, sondern sie wird erleuchtet durch den Heiligen Geist. Wenn die Kerze entzündet ist und ihren zusammengesetzten, eigenen Leib verzehrt, so ergießt sie geronnene Tränen in tropfenförmigen Bächen. Labt sich das Feuer am flüssigen Wachs, so schwemmt das Wachs ihre halbverbrannten Glieder mit ambrosianischem Blut in goldgelber Ader hinweg.

Im lichthellen Körper dieser Kerze aber bitten wir dich, Allmächtiger, gewähre die Gabe himmlischen Segens: und wenn einer ein Stückchen von der Kerze gegen das Brausen der Winde, gegen das Toben der Stürme (mit nach Hause) genommen hat, Herr, sei jenem eine besondere Zuflucht, sei den Gläubigen eine Mauer gegen den Feind.

Steh deinem Volk bei, Herr, und segne dein Erbe: mögen alle zur (nächsten) Osterfeier wieder zurückkehren, weil sie durch die sichtbaren Gaben Verlangen nach deinen unsichtbaren Gaben haben, und mögen alle, während sie sich an den gegenwärtigen Gütern erfreuen, von der Sehnsucht nach deinem kommenden Reich entzündet werden. Zusammen mit unserem allerseligsten Papst N. und deinem Diener, unserem Bischof N., mit allen Priestern, Diakonen und dem gesamten Klerus und dem ganzen Volk. Gedenke, Herr, auch deines Dieners, unseres Kaisers N., und unseres Fürsten N., und ihres gesamten Heeres.

Der du lebst und regierst mit dem Vater in der Einheit des Heiligen Geistes jetzt und in alle Ewigkeit, Amen.

1.2 Römischer Text des Exultet (Vulgata)

Prolog

Exultet iam angelica turba coelorum, exultent divina mysteria, et pro tanti Regis victoria, tuba intonet salutaris. Gaudeat se tantis tellus inradiata fulgoribus, et aeterni Regis splendore lustrata, totius orbis se sentiat amisisse caliginem. Laetetur et mater Ecclesia, tanti luminis adornata fulgore, et magnis populorum vocibus haec aula resultet. Quapropter adstantibus vobis, fratres carissimi, ad tam miram sancti huius luminis claritatem, una mecum, quaeso, Dei omnipotentis misericordiam invocate. Ut qui me non meis meritis, in levitarum numerum dignatus est adgregare, luminis sui gratiam infundens, Cerei huius laudem implere praecipiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, viventem (?) secum atque regnantem in unitate Spiritus Sancti, Deum.

Per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda. R. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro. R. Dignum et iustum est.

Präfation

Vere quia dignum et iustum est invisibilem Deum omnipotentem Patrem, Filiumque unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, toto cordis ac mentis adfectu et vocis ministerio personare, qui pro nobis aeterno Patri Adae debitum solvit, et veteris piaculi cautionem pio cruore deterisit. Haec sunt enim festa paschalia, in quibus verus ille agnus occiditur eiusque sanguis postibus consecratur. Haec nox est in qua primum patres nostros, filius Israel, educens de Aegypto, Rubrum mare sicco vestigio transire fecisti. Haec igitur nox est, quae peccatorum tenebras columnae inluminacione purgavit. Haec nox est, quae hodie per universum mundum in Christo credentes, a vitiis saeculi segregatos et caligine peccatorum, reddit gratiae, sociat sanctitati. Haec nox est, in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascendit. Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. O mira circa nos tuae pietatis dignatio! O inaestimabilis dilectio caritatis: ut servum redimeres, filium tradidisti! O certe necessarium Adae peccatum, quod Christi morte deletum est! O felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere redemptorem! O beata nox, quae sola meruit scire tempus et horam in qua Christus ab inferis resurrexit. Haec nox est, de qua scriptum est:

Et nox ut dies inluminabitur, et: Nox inluminatio mea in deliciis meis. Huius igitur sanctificatio noctis fugat scelera, culpas lavat et reddit innocentiam lapsis, maestis laetitiam; fugat odia, concordiam parat et curvat imperia.

In huius igitur noctis gratia, suscipe, sancte Pater, incensi huius sacrificium vespertinum, quod tibi in hac cerei oblatione solemni, per ministrorum manus, de operibus apum, sacrosancta reddit Ecclesia. Sed iam columnae huius praeconia novimus, quam in honore Dei rutilans ignis accendit. Qui licet divisus in partes, mutuati luminis detrimenta non novit: aliter liquantibus ceris quas in substantiam pretiosae huius lampadis apis mater eduxit.

Apis ceteris, quae subiecta sunt homini animantibus antecellit. Cum sit minima corporis parvitate, ingentes animos angusto versat in pectore, viribus imbecilla sed fortis ingenio. Haec explorata temporum vice, cum canitiem pruinosa hiberna posuerint, et glaciale senium verni temporis moderata deteraserint, statim prodeundi ad laborem cura succedit; dispersaeque per agros, libratis paululum pinnibus, cruribus suspensis insidunt, prati ore legere flosculos; oneratis victualibus suis, ad castra remeant, ibique aliae inaestimabili arte cellulas tenaci glutino instruunt, aliae liquantia mella stipant, aliae vertunt flores in ceram, aliae ore natos fingunt, aliae collectis e foliis nectar includunt.

O vere beata et mirabilis apis, cuius nec sexum masculi violent, foetus non quassant, nec filii destruunt castitatem; sicut sancta concepit virgo Maria, virgo peperit et virgo permansit. O vere beata nox, quae expoliavit Aegyptios, ditavit Hebraeos; nox in qua terrenis caelestia iunguntur.

Oramus te, Domine, ut cereus iste, in honore nominis tui consecratus, ad noctis huius caliginem destruendam indeficiens perseveret. In odorem suavitatis acceptus, supernis luminaribus misceatur. Flammas eius Lucifer matutinus inveniatur, ille inquam Lucifer qui nescit occasum; ille qui regressus ab inferis, humano generi serenus inluxit. Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnem clerum et devotissimum populum, una cum ..., quiete temporum concessa, in his paschalibus gaudiis, assidua protectione regere, gubernare et conservare digneris. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

Zitiert nach CAVALLO, OROFINO u. PECERE, Exultet, S. 483f.

1.3 Text des Bareser Benediktionale (*Benedictio ignis et fontis*)

Benedictio ignis novi in sancto sabbato quando vult diaconus ire ad cereum benedicendum.

Deus qui per filium tuum angularem scilicet lapidem caritatis tuis fidelibus ignem contulisti. productum e silice nostris profuturum usibus, novum hunc ignem † sanctifica. et concede nobis ita per hec festa paschalia celestibus desideriis inflammari. ut ad perpetuam claritatem puris mentibus valeamus pertingere; per eundem dominum nostrum iesum christum.

Post completam benedictionem cerei dicatur hec oratio.

Domine deus pater omnipotens. exaudi nos lumen indeficiens. tu es sancte conditor omnium luminum † benedic domine hoc lumen quod a te sanctificatum atque benedictum est. tu illuminasti omnem mundum. ut ab eo lumine accendamus et illuminemur igne caritatis tue. sicut igni illuminasti moysen. ita illumina corda nostra et sensus nostros. ut ad vitam eternam pervenire mereamur; per (sic).

Hac oratione dicta intingat pollicem episcopus in chrisma. et faciat crucem in ipso cereo. tunc procedit pontifex ad fontem. canunt clerici antiphonam hanc.

Omnes sitientes venite ad aquas querite dominum dum inveniri potest dicit dominus. Venientes ad fontem incipit episcopus letanias.

Christe audi nos. Sancta maria or. Sancta dei genitrix. or. Sancta mater domini. or. Sancta regina celorum. or. Sancte michahel. or. Sancte gabriel. or. Sancte raphael. or. Sancte iohannes baptista. or. Omnes sancti dei. or. Christe audi nos.

Deinde legitur lectio.

Hec est hereditas. Tractus. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum. ita desiderat anima mea ad deum vivum. quando veniam et apparebo ante faciem dei.

Tunc presbiter decit. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus. respice propitius ad devotionem populi renascentis. qui sicut cervus aquarum desiderat fontem. et concede propitius. ut fidei ipsius sitis baptismatis mysterio. animam corpusque sanctificet. per.

Deinde dicantur a duobus diaconibus hi versus.

Si quis cathecumenus est procedat. Si quis arrianus est procedat. Si quis hereticus est procedat. Si quis iudeus est procedat. Si quis paganus est procedat. Cui cura non est procedat.

Oremus. Omnipotens sempiterne deus. adesto magne pietatis tue mysteriis. adesto sacramentis. et ad creandos novos populos. quos tibi fons baptismatis parturit. spiritum adoptionis emitte. ut quod humilitatis nostre gerendum est ministerio. tue virtutis impleatur effectus. Per dominum nostrum iesum christum. filium tuum. qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum R. Amen. Dominus vobiscum R. Et cum spiritu tuo. Sursum corda R. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare; Nos tibi semper et ubique gratias agere. domine sancte pater omnipotens eterne deus; Qui invisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum. Et licet nos tantis mysteriis exequendis simus indigni. tu tamen gratie tue dona non deserens etiam an nostras preces aures tue pietatis inclina; Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur. ut iam tunc virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet; Deus qui nocentis mundi crimina. per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluvii effusione signasti. ut unius eiusdemque elementi mysterio. et finis esset vitiis. et origo virtutibus; Respice domine in faciem ecclesie tue. et multiplica in ea regenerationes tuas. qui gratie tue affluentis impetu letificas civitatem tuam. Fontemque baptismatis aperi. toto orbe terrarum gentibus innovandis. ut tue maiestatis imperio sumat unigeniti tui gratiam de spiritu sancto. Hic aquam manu tange.

Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam. archana sui luminis ammixtione fecundet; Ut † sanctificatione concepta. ab immaculato divini fontis utero. in novam renatam creaturam progenies celestis emergat; et quos aut sexus in corpore. aut etas discernit in tempore. omnes in unam pariat gratia mater infantiam; Procul † ergo huic iuvente te domine. omnis immundus spiritus abscedat. procul † tota nequitia † diabolice fraudis absistat; Nihil hic loci habeat contrarie virtutis ammixtio. non insidiando circumvolet. non latendo subripiat. non inficiendo corrumpat.

Item manu tange.

Sit hec † sancta et innocens creatura libera ab omni impugnatoris incursu. et totius nequitie purgata discessu; Sit fons † vivus. aqua † regenerans. unda † purificans; Ut

omnes hoc lavacro salutifero diluendi. operante in eis spiritu sancto perfecte purgationis indulgentiam consequantur; Unde benedico † te creatura aque per deum † vivum. per deum † sanctum. per deum † qui te in principio † verbo separavit ab arido cuius spiritus super te ferebatur qui te fonte paradisi manare. et in quattuor fluminibus¹ totam terram rigare precepit. qui te in deserto amaram suavitate indita fecit esse potabilem. et sitienti populo de petra produxit.

Hic aquam in quatuor partes manu divide.

Benedico † te et per iesum christum filium eius unicum dominum nostrum. qui te in chana galilee signo ammriabili sua potentia convertit in vinum; Qui suis sanctis pedibus super te ambulavit. et a iohanne in iordane in te baptizatus est. qui te una cum sanguine de sanguine suo produxit. et discipulis suis iussit ut credentes in te baptizarent dicens. ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine † patris et † filii et † spiritus sancti amen.

Hic legitur secundum lectio.

Hec nobis precepta servantibus. tu deus omnipotens clemens adest. tu benignus aspira. tu as simplices aquas tuo ore † benedictio. ut preter naturalem emundationem. quam lavandis possunt adhibere corporibus sint etiam purificandis mentibus efficaces; Hic mitte cereum in fontem. et insuffla in aquam tribus vicibus. et hoc dic de cantico.

Descendat in hac plenitudine fontis virtus spiritus tui² totamque huius aque substantiam regenerandi fecundet effectus.³ Hic omnium peccatorum macule deleantur; hic natura ad imaginem tuam condita. et ad honorem sui retornata principii. cunctis vetustatis squaloribus emundetur; Ut omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus. in vere innocentie novam infantiam renascatur; Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. R. Amen. Expleta benedictione fontis accipit episcopus crisma. et fundit in cruce super ipsam aquam et dicat.

In nomine † patris et † filii et spiritus sancti R. Amen.

Tunc ipse pontifex suis manibus baptizet tres infantes. Deinde baptizent presbyteri.

Commixtio crismatis sanctificationis et olei unctionis. et aque baptismatis in nomine patris. Sanctificetur et fecundetur fons iste salutifero crismate in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Zitiert nach Codex Diplomaticus Barensis 1, hg. v. NITTO DE ROSSI u. NITTI DI VITO, S. 208–211.

1 Dazwischen erscheinen in gotischer Schrift die Worte *hic dividat aquam ad hanc figuram*.

2 Dazwischen *hic insufflat ad hanc figuram*.

3 Dazwischen *hic tollatur cereus*.